



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quæ sit pœna Clerici depositi ministrantis, vel exercentis actum ordinis, qut officij sibi prohibiti, & quæ sit pœna Clerici excommunicati, suspensi, vel interdicti celebrandis divina officia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Pœna autem maledicentis Papæ, ex cap. 1. h. t. desumitur, quod sit arbitraria, juxta qualitatem personæ, verborum, loci, &c. ut ne alij in contemptum Ecclesiæ Romanæ in similia verba prorumpant: quâ pœnâ arbitrariâ puniendi etiam sunt illi juxta Canonistas, qui superiori quidem suo, inferiori tamen Summo Pontifice, maledicunt, si tamen in Ecclesiam redundet, maledica talis lingua, cum in causa suæ Ecclesiæ, competens iudex sit Prælati talis.

Si quis autem in Imperatorem, aut alium Principem supremum maledicam linguam exeruerit, hic pro arbitrio Principis talis puniendus est, prout volunt jura Civilia, cum in lege unica c. Si quis Imperatori maledixit. remittendum eum velint ad Principem talem supremum, si per injuriam, & malo animo eum maledixerit.

§. II.

De maledictione in Deum, & blasphemia in Sanctos, eorumque pœnis.

Quid sit blasphemia in Deum, ac Sanctos accuratius examinet Theologi morales, quos consule. Pœnæ autem in tales blasphemantes de jure Canon. statutz, quamvis multæ sint, & graves, uti videre est Levit. 24. v. 16. can. Si quis 10. can. 22. q. 1. & cap. Statuimus 2. h. t. vix tamen eorum videtur hodie esse aliquis usus, quamvis sub Leone X. in Conc. Later. 1514. renovatz illæ sint: quæ verò de jure Civili in tales blasphemantes constitutz pœnæ sunt, arbitratz hodie videntur.

TITVLVS. XXVII.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO, DEPOSITO, VEL INTERDICTO MINISTRANTE.

§. I.

Quæ sit pœna Clerici depositi ministrantis, vel exercentis actum ordinis, aut officij sibi prohibitus, & quæ sit pœna Clerici excommunicati, suspensi, vel interdicti celebrantis divina officia?

Quæ hoc Tit. dicuntur, rari u: us, & praxis sunt: ut notitia tamen aliqua circa hanc materiam habeatur, sciendum primò, quòd in cap. Si quis Episcopus

1. hoc. tit. quod est ex Canonibus Apostolorum desumptum, & in cap. 2. eodem statuatur, ut si quis Clericus justè depositus (verbaliter) actum ordinis, aut officij, à quo depositus est, exerceat, præcedente monitione, excommunicati debeat. Secundò sciendum, quòd Clerici excommunicati, suspensi, vel interdicti, si divina tamen celebrent, perpetuò sint deponendi ab officio, & beneficio, ut constat ex cap. Clerici 3. h. t. modò de cessatione ab hac temeritate moniti

moniti fuerint, & non destiterint in continenti, quidquid Glossa in contrarium putet; qui tamen in loco interdicto divina officia celebrant, si Clerici tantum sint, privandi sunt suis beneficiis; si religiosi sint, in arctius monasterium detrahendi, *cap. Postulasti h. t.* ut ne scilicet Ecclesiastica disciplina securitas perturbetur.

§. II.

An qui dubitat se excommunicatum esse, qui per solam famam audivit sententiam excommunicationis contra se latam esse, si postea celebret divina, incidat in pœnas Canonicas, contra excommunicatos celebrantes officia divina decretas?

Responderetur affirmativè, attendendo juris rigorem, quamvis ex misericordia, cum illo dispensari possit à Papa, uti habetur ex *cap. Illud Dominus s. h. t.* ex quo capitulo etiam habetur, pœnam de rigore juris talem incurrere, si coram se divina celebrari faciat, tum quòd tutior via sit eligenda in talibus casibus, tum quòd etiam in posteriore casu videatur contemnere excommunicationem.

§. III.

An excommunicatis possint conferri beneficia Ecclesiastica, & qua pœna imponi debeat illis, qui beneficia his talibus conferunt?

Non possit his talibus conferri beneficia Ecclesiastica, ex dictis jam

patet, & ex *cap. Postulasti h. t.* cum enim beneficia Ecclesiastica præcipue dentur propter officium, officium in tali excommunicatus præstare non potest (cum sit ab officij executione suspensus) sine irregularitatis periculo, consequenter nulla est facta illi beneficiatio, sive publicè, sive occultè sit excommunicatus, sive à jure, sive ab homine, sive per sententiam generalem, sive specialem, sive sit denunciatus, sive non sit, sive noverit ille, qui contra beneficium, hunc talem, cui contra excommunicatum esse, sive non noverit, &c. quia subiectum secundum se est incapax ad beneficium accipiendum; & quamvis ignorantia possit excusare à pœnis, non facit tamen rectam, qui invalidus est, validum (cum in tali causa locum non habeat lex Barb. ff. de officio Prat.) nec retineri potest ab eo beneficium, cui in excommunicatione collatum hoc fuit, si postmodum ab excommunicatione absolutus sit (quod enim ab initio non subsistit, restitutum non convalescit, *juxta regul. it. in d. nec pensionem spirituales in beneficio obeinere, cum etiam hæc de suspensis spirituale officium, cujus est incapax, de pœna verò, quæ conferuntur beneficiis excommunicatis à jure respondent, ita statuit citat. cap. Postulasti, quòd si tales sint suspensi à collatione beneficiorum, donec super hoc venum conloquantur; si tamen scienter his talibus beneficia contulerint, pœna lata loquantur, cum ignorantia, hæc nullitatem non tollat, ut dictum pœnam tamen non incurrit.*